

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library &amp; Museum, MS M. 808]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 22.

22.

Cod. XIV. n. 3. Cod. XV.

Sacramenta  
rius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum S. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarium dicitur. Prelo sub miserunt Guesarvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 3.

Digna quoque est quo legatur, prolatio ad novam editionem Operum Thomasi Cardinalis, durante Vix. Josio, Lomo, 1750. Tomo 3.

Cod. XV. <sup>deest</sup>

Membran. Fol. 302. 14.

4 Evangelia.

1.  
2.2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgata versionis, capitulum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies hae. Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu indea partium earum, quae quoties festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dicitur Capitulare Evangeliorum; hae 18 folia complent. - Folio sequenti incipit prologus nempe S. Hieronymi in Commentar. Super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt, sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis viris canendas. Vid. Martianay Opp. S. Hier. Paris. T. 4. - Folio 21 legitur: Singulis Evangelii ab uno incipiens, quod fragmentum est Prolationis non sequentis. Nam pagina averfa incipit S. Hieronymi nota Prolatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me facere, quod a scriptore amissum; eos ex veteri, verum et hanc cum precedenti fragmento truncare placuit scriptori. - Alter istam excipit Prologus Super Mattheum: "Mattheus ex judaea, sicut in ordine primus ponitur, cujus auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martiano ante Evangelium Mathei secundum versionem Italicam sine indicio

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library &amp; Museum, MS M. 808]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 23.

Cod. XV.

23.

Codici MS. item a Petro Sabatier Bibl. Sacror. lat. v. antiq. seu vetus Italica, Paris, 1749. Fol. T. 3. p. 1. ex MS. Colbert. n. 4081. ubi ea notis adjectis videre est, prologum nostrum cum MS. Eccles. S. Mart. Turon. n. 174. maxime colludere. Licet hic prologus prefixus sit Bibl. Editioni Erasmi J. IX. 1534. Paris. S. Hieronymi eum non esse, tamen idem Erasmus contendit T. III. p. II.

Post hoc sequuntur capitula, seu breves summa eorum, quae in quovis Evangelii capitulo continentur. In calice eorum conspicitur icon genua flentis (ca. rici, vinculis ac compedibus confritti, schedam manibus erectis tenentis, hoc versu: Angele proclare, mihi, de precor, auxiliare; cui angelus in circulo, quo circumdatur, respondet: virtutum vere, faciam te flore nitere. - Proximo folio pagina aversa et subsequentibus exhibentur 10 Canones, id est, tabula loca, parallela Evangelistarum ostendentes, de quibus S. Hieron. in dicta prolatione ad Damasum: "Canones quoque quos Eusebius Caesariensis Episcopus Alexan. Orinus secutus Ammonium in decem numeros ordinavit, sicut in Graeco habentur, expressimus. Quod si quis de Euriofis voluerit nosse, quae in Evangelis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscit". Ex quibus et origo eorum et usus satis patet.

Paginam ultimi canonis si vertas, conspicies imaginem sedentis cum prole Virginis Matris, cui supplices adsunt Monialis ut videtur, Chunegundis, et Sacerdos nomine Henricus Prespiter, librum Mariae offerentis hoc lemate: Sit liber iste pia tibi gratus Virgo Maria; quibus illa: Protego viventes, salvabo vos morientes. Ex quo palam fit, Henricum hunc nostrum esse <sup>ante</sup> codicem. - Tandem ipsa Evangelia. Evangelium Marci, Lucae et Joannis pariter promittuntur prologi et capitula authorum ignotorum; de quibus si plura cupis, adeas praedicta Biblia P. Sabatier T. 3. et Erasmi.

In calice denique ipse codex laudat Calligraphum suam hoc subscripto: Lui me finivit, her! quam bene scribere fecit!

videtur manus Sa. 14. Non adest.

Cod. XV int. rest. 1990 in New York, The Pierpont Morgan Library, M 808 (Institut für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Exkursionsprogramm 1991, S. 27)

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 15 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 8**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27390](https://manuscripta.at/?ID=27390)